



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 58. Origo Clericorum Regularium vulgo Theatinorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

gere moliretur, in transitu Savonam ^{Sæcul. XVI.} occupabat, qui secundus armorum suc-
cessus Francisci rebus propitius crede-
batur, verum eidem omnino funestus ^{A. C. 1524.}
accidit; quippe ab exercitu suo rursus ^{Mem. du Bellai l. 2.}
validum agmen avellere, ejusque impe-
rium Salutiarum Marchioni committe-
re statuit, eo fine, ut Savonæ castra
metaretur, indeque opportunis invigi-
laret occasionibus, quibus Genuenses
invadere posset. Attamen exercitus
vires, uno agmine Neapolin versus, alte-
ro ad Savonam destinato, tantopere im-
minutæ fuerunt, ut Cæfarei sine ullo pe-
riculi metu suas copias in aciem e-
ducerent, ac Papiensis urbis obsitionem
Gallis minus expeditam redderent.

§. LVIII.

*Origo Clericorum Regularium vulgo
Theatinorum.*

Quamvis profanarum rerum sollicitu-
do non parum Clementis animum
detineret, nihilominus potissimum in eo
curas intendebat, ut Ecclesiæ bonum
promoveret: quapropter pari ac ^{Bzov. hoc an.} Prä-
decessor ejus, Religionis studio accen-
sus, hoc anno die secunda Maji Consti-
tutionem edidit, qua morum corru-
ptelas tollere, abusus Romæ, ac in to-
ta propemodum Italæ invalescentes
corri-

Sacul. XVI. corrigere, & præcipue Clerum pristino
A.G. 1524 nitori restituere adlaborabat. Hujus
Joseph. Si- rei caufsa Joanni Petro Caraffæ Epilco-
los annal. po Theatino curam demandavit, ut Sa-
Cler. Regul. cri Ordines nonnisi idoneis, & a vitiis,
Joan. Bapt. præcipue Simoniæ labe expertibus con-
de Sulfo hist. ferrentur. Deinde cum Papa intellige-
della Relig. ret, quod Caraffa Cajetanus, Paulus
dei Padri *Confiliarius* ex Ghisleriorum genere or-
Chier. Regol. tus, & Bonifacius a Colle velint ordi-
 nem Clericorum Regularium instituere,
 qui Clerum ad pristinam perfectionem,
 & ad Apostolicæ vitæ normam reduce-
 re studerent, ac præprimis proprio suo
 exemplo aliis prælucerent, hinc Cle-
 mens Papa hosce Viros ad tam sancti
 operis executionem stimulabat, pollici-
 tus, se pro viribus eos protecturum.

Igitur novi hi Evangelicæ perfectio-
 nis Restauratores præprimis sua be-
 neficia dignitatesque in Papæ manus
 resignabant. Ast ægre admodum Cle-
 mens eorum precibus annuit, nec ullo
 pacto Theatini Archiepiscopatus cesso-
 nem admittere voluit, tandem Archi-
 episconi rationibus, aut potius precum
 importunitati cedere compellebatur.
 Ceterum horum quatuor Fundatorum
 institutum, ut auctoritate Apostolica
 firmaretur, in pleno Patrum Senatu pro-
 posatum fuit, ubi haud leves difficulta-
 tes opponebant Purpurati, quibus info-
 lituni

litum videbatur, quod novi hi Regula- Sæcul. XVI.
A.G. 1524.
res non solum sine redditibus, fundisque,
ut Religiosi ex Ordine S. Francisci, vi-
verent, sed insuper nequidem mendi- Aubert. Mir.
de orig. Cler.
cando sustentari vellent, seque obstrin- Reg. c. 2.

gerent, quod ex solis ultroneis obla-
tionibus alerentur, cum tamen emer-
gentes vitæ necessitates nec prævideri,
nec sæpe cogitatione præveniri possent.
Verum Caraffa & Cajetanus hanc vi-
vendi normam Apostolis primisque
Christi Discipulis consonam esse tanta
verborum vi exponebant, ut denique
petitam approbationem obtinerent, ac-
cepto hanc in rem Pontificis diploma-
te, quod vigesima quarta Junii die Anno
Salutis millesimo quingentesimo vige-
simo quarto editum est.

§. LIX.

*Quatuor Fundatores concedente Papa
sua vota emitentes.*

Hac Bulla Pontifex quatuor illis vi- Bullar. to. I.
Clem. VII.
Conf. II.
ris facultatem concessit, ut tria vi-
tæ Religiosæ vota Paupertatis, Castita-
tis, & obedientiæ profiterentur, & in
communi viverent, solito tamen habitu
Clericali indui necnon constitutiones
condere, ac privilegiis Canonicorum
Regularium Lateranensium gaudere, &
Superiorem, quem Præpositum nomina-
rent,